



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 166. Tumultus in Coloniensi Archiepiscopatu suscitati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. pepigit, pollicitus, se constituta duode-  
A.C. 1478. cim millium librarum pensione cessurum

Comiti in Galliis ditionem quamdam, quæ præter Comitis titulum etiam quatuor librarum millia redderet. Interea Sabaudia Ducissa hoc anno e vivis erepta est, quam ob rem Ludovicus curas suas ad hunc quoque statum extendit, ut Philiberti junioris Ducis Nepotis sui rebus prospiceret, ac Ducatus administrationi invigilaret, quamdiu esset in tutoris potestate præfatus Dux, Amadæi XI. filius, cujus obitum supra recensuimus.

*Vid. supra  
 lib. CXIII  
 §. CXLVI.*

§. CLXVI.

*Dissidia in Archiepiscopatu Colonensi.*

*Krantz. 12.  
 Sax. 22.*

Hassia Landgravius Rupertum Coloniensem Archiepiscopum consentiente ipsomet ejus capitulo in vincula conjiciebat, eo quod pacis articulis, qui Novesii post obsidionem a Burgundo tentatam sanciti erant, stare detrectasset. Captum etiam solido biennio tenebat, & quamvis Pontifex pro ejus liberatione sæpe, licet incassum, deprecaretur, nihilominus in vinculis vitam finire compulsus est: in hujus locum suffectum legimus Hermannum Hassia Landgravii fratrem, qui Novesium cum ingenti fortitudinis laude propugnauerat.

§. CLXVII.